~~742~~ 774

Tarnowski Ostrowskiego Quietat.

Comparens personali coram Officio et Actis Contribus Castrensis Capitanei Premysliensis Generosus Joannes Tarnowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitanei Premysliensis quoad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Christophorum de Ostrow Ostrowski eiusque posteros de Inscriptionibus binis Castrensibus Premysliensibus Prima quidem super summam Mille Ducentorum florenorum polonicorum modo simplicis debiti inscripta Altera itidem Castrensi Premysliensi Adscriptitia super summam Octingentorum florenorum polonicorum ad summam praefatam Mille Ducentorum florenorum polonicorum adscripta et simul iuncta ita ut efficiat summam Duorum Millium florenorum polonicorum de ea itaque summa simul iuncta Duorum Millium florenorum polonicorum quietat emittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Inscriptiones praefatas utrasque in toto et totas Cassat mortificat et annihilat Recognoscens summarum suprascriptarum praestitam esse persolutionem Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem mutuo sese Quietant.

Comparentes personali coram Officio et Actis Contribus Castrensis Capitanei Premysliensis Generosi Christophorus de Ostrow Ostrowski ab una et Joannes Tarnowski parte ab altera Sanis mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitanei Premysliensis quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem suosque posteros

de Intercessa